

‘ *T. tenuifolium* Hp. — In humidis circa Pod Gliva et Pridvorice prope Trebinje (*H.*).

‘ *T. minimum* Heldr. in Herb. norm. graec. Nr. 796. — *Syn.* *Leontodon* Juss. sec. Heldr. — In apricis circa Trebinje (*H.*).

‘ *Willemetia apargoides* Cass. — In pratis vallis Perućica dol infra Kom et in monte Sinnjavina Planina (*M.*).

‘ *Zazintha verrucosa* G. — In apricis circa Cattaro (*D.*), et Trebinje (*H.*).

‘ *Lagoseris bifida* Kch. — In graminosis circa Pod Gliva prope Trebinje (*H.*).

**Gatyona Dioscoridis* Rchb. var.? *glandulosa* Gr. — Pedunculo involucroque dense glanduloso. — Verosimiliter species distincta, stigmatibus fuscouscentibus, specimen vero solummodo unicum exstat idque floriferum capitulo solitario, pedale, caesio-glau-cum, foliis rosularibus puberulis pinnatipartitis, inferioribus caulinisque in segmenta elongata subulato-linearia divisus, exteriorum segmentis breviter ovato-oblongis angulato-dentatis, involueri glandulis stipitatis pubis evanidae vices gerentibus: sed in specimine graeco quoque *G. Dioscoridis* involucrum parce glanduliferum video. *Endoptera* DC. *Gatyonae* cedit: nam sectio *Gatyonae* altera (*Nemauchenes*) melius ad *Barkhausiam* transfertur. — Hab. in graminosis sylvaticis circa Dubovac prope Orahovac in Bjelagora (*H.*).

‘ *Barkhausia foetida* DC. — In pratis circa Danilov Grad (*M.*).

‘ *B. vesicaria* Sprg. — In graminosis circa Pod Gliva prope Trebinje (*H.*).

‘ *B. setosa* DC. — In graminosis circa Cattaro (*D.*), Dubovac in Bjelagora (*H.*), Cettinje et Rieka (*M.*).

‘ *B. leontodontoides* DC. — Stigmata et in nostra et in gallica italicaque planta fuscouscentia, (non flava, ut habet Grenier). — In graminosis circa Billeki (*H.*).

‘ *Crepis lodomeriensis* Bess., Rchb. — Stigmatibus bruneis a *C. bienni* differt, capitulo ejus magno et involuci foliolis inferioribus intus sericeis a *C. nicacensi* Balb. — Folia sparsim hispidula infra apicem integrum runcinato-incisa. Eadem hinc inde crescit in Germania boreali, ubi *C. bienni* folia glabra. — In sylvaticis vallis Perućica dol infra Kom et circa pagum Kovčice infra Mali Durmitor (*M.*).